

personam singularem de Bon. a Com. Uenec. vel a singulari persona de Uenec. aliquid possit peti modo aliquo vel inquire (1) de quibus omnibus fecit finem et remissionem et pactum amplissimum de aliquid non petendi idem Sindicus discreto viro Laurentio Pugne Sindico infrascripto recipienti vice et nomine d. Ducis et Comm. et hominum Uenec. et pro ipsis (2). Et promittit cum expensis et obligatione bonorum hominum dicti Comm. Bon. et pro ipsis eidem Laurentio Sindico et Not. Palacii Ueneciarum ipsius d. Ducis et Comm. Venec. stipulanti (3) et recipienti et pro ipsis quod amodo in antea Pot. Capit. Comm. et homines Bon. observabunt et manutenebunt in perpetuum antedicta d. Duci et eius successoribus Comm. et hominibus Uenec. meram (4) et puram pacem sine omni fraude et dolo. Et quod homines Uenec. et quemlibet illorum habebunt et haberi facient salvos et securos in personis et rebus in Civit. Bon. et districtu toto stando eundo et redeundo eo modo quo erant ante guerram presentem inceptam promittens dictus Fr. Bonvixinus Sindicus de voluntate et assensu dictorum Fratrum et eorum auctoritate eo modo ut supra dicto Laurentio Sindico antedicti d. Ducis vice et nomine ipsius d. Ducis Comm. et hominum Uenec. recipienti et pro ipsis quod Pot. et homines Bon. munitionem custodum quos (5) habent in partibus Primarii exinde ad presens removebunt et quod Comm. et homines Bon. castrum seu fortilicium per eos constructum in dictis partibus Primarii destrui facient et removeri ex toto nec amplius ipsum vel aliud sive alium fortilicium in illis partibus rehedicabunt vel rehedicari facient ullo modo ita quod infra duos menses fuerit ruinatum. Et insuper quod Comm. (6) et homines Bon. non

(1) Il Cod. ven. ha *requiri*.

(2) Nel Mss. nostro si legge soltanto *così: idem Sindicus Laurentio notario* *infrascripto*.

(3) E qui invece si legge: *et pro ipsis* *discreto viro Laurentio Pugna notario* *Palacii Uenec. ipsius dni Ducis et Comm.*

*Uenec. syndico actori et procuratori noie ipsius dni ducis et Comm. Uenec. stipulanti etc.*

(4) Nel Cod. ven. si ha *veram, meram.*

(5) Il Mss. ven. legge *quas.*

(6) Nel nostro cod. è detto *Et insuper quod Potestas Comm. etc.*